UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 1. Quae fuit causa incarnationis uerbi Dei?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

LOCORVM COMMVNIVM CHRISTIANAE RELIgionis Liber tertius.

Caput I.

Quæ fuit cauſa incarnationis uerbi Dei?

SEcundum Apoſtolicam autoritatē, deus miſit filium ſuum in temporis plenitudine, quod eſt tempus gratiæ & veritatis, in quo per charitatē legis fiat impletio, & exhibeatur patribus de ſaluatore facta promiſſio. Eſt enim hæc miſsio, filij incarnatio.

Ioan.1. Gal.4. Philip.2. Aug. de fide ad Petrum, cap.2.

Quæ quidem filio magis, quàm alijs perſonis congruebat: vt, quemadmodum ſapientia patris omnia cōdita ſunt, ſic & per eandem omnia reſtaurarentur: & ille qui eſt à ſolo patre, primò mitteretur, ſicq; is qui in deitate filius erat, fieret & filius hominis.

Pſal.103. Luc.15. Aug. lib. 4. ca.20. de Trinit.

Per

Per quod tamen nõ negatur; quin & pater & ſpiritus ſanctus incarnari potuerint.

Matt. 1. Marc. 1. Qui & cum filio aſſumptionẽ carnis fecerunt, ſed ea ad ſolũ filium terminata eſt, q ſolus homo factus eſt.

Caput 2.

Totam'ne humanam naturam uerbum Dei aſſumpſit?

NAturam humanam filius dei totam aſſumpſit, vt ſic eam totam curaret: quæ primi pa-

Matth. 1. rentis peccato tota corrupta fuit. Totam inquam, contra quorundam hæreſes, id eſt, corpus & animam cũ proprietatibus eorundẽ. Quod enim eſt inaſſumptibile, eſt incurabile.

Attamen carnem mediante anima aſſumi congruebat, ob diuinæ ſimplicitatis ſubtilitatem: quod tamen nõ debet intelligi de ordine temporis, ſed naturæ.

Tametſi autem inperueſtigabilis ſit, & inexplicabilis vnio naturæ humanæ ad verbum, error tamen deteſtandus eſt eorum, qui doceb ant nõ veram Dei filium carnem aſſumpſiſſe, & ſimulatione quadam oſtendiſſe: ignauiter ſuſpicantes, alioqui à car-

ne hu-